

68
13 D
32



Bulla Sanctiss. D. N. Pauli PP. IIII. Qua Mons vacabilis super Alumerijs Tulphæ erigitur; cum assignatione annui redditus Duodecim pro quolibet centenario.





ROMAE apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem.
M. D. LVII.

Paulus Episcopus seruus seruorũ Dei.
Ad futuram Rei memoriam.



A fuit superiorum temporũ conditio vt causantibus bellis nõ modo quod vndequaq; colligere potuimus exponere, Verum etiã grande æs alienũ contrahere, ac nostros, & Cameræ Apostolicæ prouentus diuersis mercatoribus, & aliis pro eorum cautione, & satisfactiõe assignare coacti fuerimus. Quapropter & si ab expensis bellicis subleuati sumus, cum tamẽ hinc pro huius Almæ Vrbis, & cæterarum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Ciuitatum, & Terrarum custodia, & ad bonorum tutelam, & defensionem ac peruersorum terrorem, & si deliquerint pœnã non paruam militum manum alere compellamur, & hinc creditoribus nostris fidem integ[illegible]stare, & dinumerata pecunia satisfacere, hocq; pact[illegible]m diluere cupiamus, sintq; etiam nobis pro no[illegible] nostræ sustẽtatione, graues hoc penurioso tẽpor[illegible]mptus cogimur prouentus, qui nostra, & ministr[illegible]torum diligentia Sedi Apostolicæ accreuerũt ad opus[illegible]missorum liberè vti, illos etiam psonis, à quibus pecunias in præmissis necessarias consecuturi sumus pro eorum recompensa ne pecuniarum suarũ iacturam patiantur assignando. Itaq; animo reuoluentes Alumerias nostras Tulphæ Veteris Sanctæ Cruciatæ dudum dilecto filio Bendinello Sauli Ciui Genueñ. pro se & aliis, per eum nominãdis ad duodecim annos Klis Augusti anni millesimi quingẽtesimi quinquagesimi tertii incohatos, & in Klis Augusti anni millesimi quingentisimi sexagesimi quinti finiendos pro annuo affictu, seu censu viginti octo milliũ & trecentorum triginta trium Ducatorũ de carlenis ad rationem decem carlenorum pro quolibet Ducato, cum vno tertio alterius similis Ducati locatas, & arrendatas fuisse, & dilectum

filium Auguſtinũ etiam Sauli Mercatorẽ Genueñ. qui tanq̃ à dicto Bendinello ad hoc nominatus Alumerias ipſas ꝑ ſi-mili affictu, ſeu cenſu in locationem & arrendã aliquãdiu te-nuit,& tenet,& de pñti opera & perſuaſione dilecti filii,& ſe-cundum carnẽ nepotis noſtri Caroli,S.Viti in Macello mar-tyrum Diaconi Cardinalis Carafæ nuncupati affictũ ſeu cen ſum hmõi ad ſexdecim millia ſcuta auri ad rõnem decẽ Pau-lorum pro quolt ſcuto auxiſſe, & ad ſolutionẽ dictorũ ſexde-cim millium ſcutorũ vltra annuũ affictum ſeu cenſum prædi ctum, annis ſingulis durante tempore locationis, & arrendæ hmõi faciendam ſe, & bona ſua,in forma Cameræ Apoſt.effi caciter obligaſſe, ſeu de proximo obligaturũ eſſe. Et ꝑpterea Nos eiſdem ſexdecim millibus ſcutis, ad ſubleuationẽ onerũ noſtrorũ ꝑdictorum æquiſſime vti poſſe, habita ſup his cum Venerabilibus fratribus noſtris ipſius Ro. Eccleſiæ Cardina-libus in Conſiſtorio noſtro ſecreto deliberatione matura, de eorum cõſilio,& vnanimi aſſenſu, vnũ Montem Alumeriarũ nuncupañ.cuius loca,ſeu portiones reſignabilia,ſeu reſigna-biles, & poſt annũ à Dat. pñtium computandum vacabilia, ſeu vacabiles, ad inſtar officiorũ Rom. Curiæ exiſtãtin alma Vrbe ꝑdicta, pro tot pſonis, quot pecunias ſuas, in eo vſq; ad ſummã centũ & triginta trium milliũ ac trecentorũ triginta trium ſcutorũ,ad rõnem ꝑdictam, & vnius tertii alterius ſimi lis ſcuti poſuerint, Apoſt. auctoritate,& de Apoſt. poteſtatis plenitudine erigimus,& inſtituimus, ac illi ſic erecto & inſti-tuto, vniuerſos redditus Alumeriarum hmõi, vſq; ad ſummã eorũdẽ ſexdecim milliũ ſcutorũ,ab omni onere, impoſitione, grauamine,reſtauro, & quocũq; caſu fortuito,etiã quãtũcũq; inexcogitabili liberoꝝ, immuniũ,& exeptorũ & nõ vltra,ſine tamen ꝑiuditio collegiorũ officialium Rom.Curiæ, & aliorũ ſuper ipſis Alumeriis hypothecam anteriorẽ habẽtium,ita q̃ ſatisfacto eis omnibus ex redditibus ꝑdictis, de portionibus, quas ipſi ex eiſdem redditibus ad ꝑſens percipiunt Mons præ dictus,& illius collegiũ,cæteris omnibus, qui aliquam ipſorũ reddituũ portionem percipiunt, & hipothecã anteriorem nõ habent omnino ꝑferantur,nec tamen ꝑpter hoc aliis portio-

nem reddituum hmõi vltra collegia officialiũ,& alios hypo/
thecam anteriorem,vt p̃fertur habentes pcipientibus, in ali/
quo p̃iudicetur, quominus ipsi post solutionẽ dictorũ sexde-
cim millium scutorum p̃dicto Monti, & aliarum portionum
hipothecam anteriorẽ habentibus factam eorũ solitas portio
nes pcipere possint per dictũ Augustinum modernũ & pro tẽ
pore existẽtem dictarũ Alumeriarum locatariũ & arrẽdatariũ
annis singulis quolt bimestri illius ratã incipiendo primã so•
lutionem in ꝓximis Kl'is Ianuarii Monti p̃dicto,& illius col/
legio,seu pſonis,vel Depositario integre,& sine aliqua dimi•
nutione persoluendã, & inter pſonas Montis hmõi quolibet
bimestri pro rata,iuxta ordinationẽ dilecti filii moderni,& ꝑ
tẽpore exñtis Thesaurarii nostri gñalis distribuẽdam ꝓ dictis
centum & triginta tribus millibus ac trecẽtis triginta tribus
scutis,& vno tertio alterius scuti similis super ipso Monte,vt
p̃fertur,ponẽdis,vẽdimus,tradimus,cõcedimus, assignamus,
applicamus,& appropriamus: Necnõ Montẽ ipsum, & illius
personas,ac collegiũ sic,vt supra p̃fertur in nr̃um,& eiusdem
Cameræ locum, quoad redditus p̃dictos, ꝓ summa sexdecim
millium scutorũ hmõi tantum, & illorũ exactionẽ ponimus,
substituimus,& surrogamus,ac pro maiori Mõtis pſonarum,
& collegii hmõi cautela & securitate, vltra ipsos redditus,vt
p̃fertur assignatos,omnia & singula alia dictæ Cameræ & Se•
dis Apost. bona mobilia & immobilia, spiritualia & tẽpora-
lia,p̃ñtia,& futura,tam in prouincia nr̃a Patrimonii beati Pe
tri, q̃ alibi,vbilibet existẽtia,ẽt si regalia,aut al's talia sint,ꝙ in
obligatione gñali non cõprehendãtur, & p̃sertim subsidium
triennale eiusdẽ Prouinciæ,sine tamen p̃iudicio eorum,qbus
subsidiũ ipsum, hactenus obligatũ; & hypothecatũ existit eis
specialiter & expresse,ac insolidum obligamus,& hypotheca
mus, obligataq́, & hypothecata esse decernimus statuentes,
& dicta auctoritate Apost. ordinantes, ꝙ dictus Augustinus
modernus,& pro tẽpore existens Alumeriarum hmõi locata•
rius,& arrendatarius, anteq̃ ad possessionem earũdem Alume
riarum admittatur de soluẽdo Monti, & personis,ac collegio
seu Depositario dicta sexdecim millia scuta,& quolibet bime

ii A

ftri eorum ratam, hic in Vrbe ꝑmittere, ac se, & bona sua oia superinde in ampliori forma Cameræ Apost. cum renunciationibus ꝓmissionibus, submissionibus, cautelis, & clausulis, in similibus apponi solitis, efficaciter obligare teneať, Ac volentes, & eadem auctoritate Apost. statuentes & decernentes, ꝙ quæcunq; vtriusq; sexus ꝑsonæ cuiuscũq; dignitatis, status, gradus, & conditionis existentes, etiã si Cardinalatus honore ꝑfulgeãt, & Eccl'iis cathedralibus, etiã Metropolitañ. seu Monasteriis ꝑsint. Ac quæcunq;, quotcũq;, & qualiacunq; beneficia ecclesiastica obtineãt, & in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutæ, ac Hierosolimitañ. vel quorũuis aliorum Hospitaliũ, & Militiarũ, ac quorũcunq;, non tamẽ Mendicãtium ordinũ Religiose, quibus à iure, vel per priuilegiũ concessum est, ꝓprium retinere posse, cuiuscũq; nominis, qualitatis, & conditionis, necnõ qualitercũq;, præterq̃ ratione regularis ꝓfessionis in aliquo ordine mendicantium, duntaxat inhabiles, & incapaces existãt, quascũq; pecuniarũ summas, nõ tamen infra centum scuta similia, vsque'ad summam centum & triginta trium millium ac trecentorum & triginta trium scutorum, & vnius tertii huiusmodi., & non vltra, in ipso Monte ponere, & tam ipsæ ꝑsonæ, q̃ alii ab eis cãm habentes, quoaduixerint, pro pecuniis sic positis, ad rõnem duodecim pro centenario, singulis annis, & quolibet bimestri eorũ ratã sine aliquo conscientiæ scrupulo, seu restitutionis onere, ꝑcipere & habere. Ac singuli loca & portiones Montis hmõi habentes, in sanitate tamen cõstituti, & alias ꝑut in resignationibus officiorũ Curiæ hmõi obseruať in vnius vel pluriũ, prout eis placuerit, fauorem libere resignare possint, quodq; resignationes hmõi gratis admitti debeant, & loca, ac portiones huiusmodi, necnõ emolumenta ex eodẽ Monte pro tẽpore ꝓuenientia, etiam si læse Maiestatis, aut alia quæcũq;, quotcunq;, & qualiacunq; grauissima crimina, præterq̃ in ꝑsonam Rom. Pontificis pro tẽpore existẽtis, alicuiusue eiusdem Ro. Ecclesiæ Cardinalis, cõmiserint, & ꝑpterea sint legitime conuicti, siue in eorum nõ cõparentium contumaciã in pœnam vltimi supplicii condẽnati, seu condẽnandi, & illi traditi seu

capiunt frutus ad ronem xii pro c

tradendi,atq; omnia eorum bona cõfiſcata, aut confiſcanda fuerint,nullatenus confiſcari,aut ad inſtãtiam creditorũ, vel alijs quouiſmodo ſequeſtrari, ſeu impediri poſſint. Sed loca & portiones Montis hmõi pro tẽpore obtinẽtes quoaduixerint, fructus & emolumẽta locorũ,& portionum hmõi per eos obtentorum, omni impedimento ceſſante,percipere, & de illis, necnon locis,& portionibus p̃dictis,in quorũuis etiam filiorum ſuorum illegitimorũ,ex quocũq;,quantũcunq; damnato coitu ꝓcreatorum, aut aliarũ etiam magis incapacium pſonarum fauorem,dũmodo in perſonam vnius de minori,q̃ centum ſcutorũ ſimiliũ ſumma non diſponatur liberè nulla alia diſpenſatione deſuper obtenta,in toto,vel in parte,ſimul vel ſucceſſiue,per viam reſignationis hmõi libere diſponere poſſint. Ita vt ipſi reſignatarii in pecuniis per reſignãtes,vel eos, à quibus ipſi cauſam habuerint poſitis. Necnon locis & portionibus,atq; emolumentis p̃dictis, per eandẽ reſignationem ſuccedere,& ad illa admitti debeant. Quodq; pſonæ Montis huiuſmodi Collegiũ inter ſe conſtituere, & colligialia iura & inſignia habere,necnon quæcunq; ſtatuta & ordinationes,ꝓſperum & tranquillũ ſtatum Montis hmõi concernẽtia condere,& cõdita mutare,corrigere,reformare,& alterare,ac quaſcunq; pœnas etiã pecuniarias Monti, ſeu collegio hmõi, vel quibus eis placuerit applicandas,in quoſcunq; ſtatutis & ordinationibus p̃dictis. Contrauenientes infligere, necnõ omnibus & ſingulis priuilegiis,facultatibus, exẽptionibus, imunitatibus,gratiis,literiis,& indultis,quibus collegiũ,& pſonæ Montis fidei,eiuſdẽ Almæ Vrbis,excepta tamen illius locorũ ſeu portionũ perpetuitate,& ſucceſſione vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti,potiri, & gaudere poterunt quõlibet in futurum vti,potiri,& gaudere,liberè,& licitè poſſint,& ꝙ Mons Aluminariorũ,& illius collegiũ, ac pſonæ hmõi rõne pecuniarum,quas in eodẽ Mõte habuerint ab omni decimarũ, & etiã menſatæ nuncupatæ,ac quarũcunq; aliarum impoſitionũ, per nos & pro tempore exiſtẽtem Rom. Pontificẽ,etiam pro defenſione fidei,& augmento cultus diuini, ac cõſeruatione ſtatus eiuſdem Ro. Eccleſiæ quomodolibet impoſitarũ ſolutiõe

liberi immunes & exempti existant, & censeri debeant, nec su per prædictis redditibus pro summa sexdecim milliū scutorū huiusmodi eis, vt pfertur assignata, aut exactione ipsius summæ, etiam per nos & successores nostros Ro. Pontifices, pro tempore existentes, seu dictā Sedem, quouis modo perturbari impediri, aut molestari, seu aliquo grauamine, vel onere, etiā si euidens vtilitas, & vrgens necessitas, etiam pro eiusdē fidei tuitione, & expeditione contra infideles id suaderent onerari seu grauari possint, & ad pbandum q pecuniæ in dicto Monte positæ, vel aliqua earum pars in utilitatem aut necessitatē Ro. Ecclesiæ, aut Sedis, vel Cameræ pdictarū conuersæ fuerint minime teneantur. Quodq; pſentes literæ vim & robur veri & validi contractus ac obligationis inter nos, & Cameram, ac Sedam easdem ex vna, & eos qui pecunias super ipso Monte Alumeriarū posuerint, aut ab eis causam haberint ex altera partibus legitime initi & stipulati obtineant, & obtinere debeant. Sicq; & non alr in præmissis omnibus & singulis per quoscunq; etiā Cardinales pdictos, & cārum Palatii Apostolici Auditores, & alios quoscunq; etiam dicta Apostolica, aut ordinaria, vel delegata, seu mixta auctoritate fungentes, in quauis causa, & instantia sublata, eis & eorum cuilibet, quauis alr iudicandi & interpretandi auctoritate & facultate iudicari diffinirique debeat; irritum quoq; & inane existat, si secus sup his à quoq; quauis auctoritate scienter vel ignoranter cōtigerit attentari, Et insuper cupientes, vt Mons Alumeriarū huiusmodi, & præsentes literæ suum celeriter & feliciter consequantur effectum, harū serie statuimus, & ordinamus, atq; decernimus & mandamus, q dictus modernus, & pro tēpore existens Thesaurarius noster generalis personis pecunias in eodem Monte Alumeriarū pro tēpore ponentibus, seu aliqua eiusdem Montis loca & portiones ab eis acquirentibus, pro earum securitate patentes literas eius manu subscriptas, & sigillo ipsius Montis Alumeriarū munitas, tam hac prima vice, q̄ quoties loca & portiones huiusmodi per resignationem vacare contigerit, & non alſs conficere & tradere, Collegium verò Montis huiusmodi seu illius officiales pro tempore exi-

tentes ad quos spectabit statim visis literis huiusmodi eos pro quibus illæ emanauerint in numerum participũ ipsios Collegii recipere, ac eis per Depositarium, & alios officiales eiusdẽ Collegii, ad quos similiter spectabit, de omnibus & singulis dicti Montis Alumeriarũ emolumentis respondeti facere respectiuè teneantur. Nos enim pdicto Thesaurario pro pmissorum effectu & executione pmissa, omnia & singula faciendi & quascũq; resignationes de locis & portionibus mõtis Alumeriarum huiusmodi & eorum fructibus recipiendi & admittendi, ac desuper similes literas patentes expediendi, & expediri faciendi, ac eiusdem Montis Alumeriarũ quoquot sibi videbuntur necessarios ministros cum honoribus, oneribus, auctoritate potestate salariis, & emolumentis sibi beneuisis constituendi, & deputandi, cæteraq; desuper necessaria & opportuna faciendi, & exequendi, plenam & omnimodam per præsentes concedimus facultatem & potestatem. Præterea vt futurarum montis Alumeriarum huiusmodi personarum commoditati quantum possumus consulamus, etiam harum serie, Volumus & Apostolica auctoritate prædicta decernimus, atq; indulgemus, q perpetuis futuris temporibus quæcunq; personæ tam eiusdem montis Alumeriarum pro tẽpore creditores, quàm etiam aliqua ex illius locis & portionibus prædictis per resignationem, aut etiam per primeuam pecuniarum suarum in illo positionẽ acquirentes ad loca ipsius Montis quasuis personas, sub quarum nominibus loca ipsa canent nominare, & sibi ipsis quoad ipsæ personæ nominatæ vixerint, tam locorum & portionum, quàm eorum fructuum & emolumentorum huiusmodi omnimodam dispositionem, illa interim personis sic nominatis pænitus interdicta, ac cum aliis sibi bene uisis, alias tamen licitis & honestis pactis ac cõditionibus reseruare possint, ita tamen quòd per obitum ipsarum sic nominatarum personarum, nisi prius præcesserit legitima resignatio omnino vacent. Quodq; quotiescũq; contingat eundem Thesaurarium ab ipsa alma Vrbe abesse, tunc existens ipsius Cameræ Præsidens à nobis deputari solitus in locũ prædicti Thesaurarii eius absentia durante, quoad præmissa

in absentia thesaurarii [illegible] [illegible]

missa surrogatus sit & esse censeatur prout nos exnunc eum in euentum absentiæ eiusdem Thesaurarii cum pari auctoritate facultate & potestate surrogamus, Non obstantibus fœ. re. Symmachi, & Pauli ii. Romañ. Pontificum etiam prædecessorum nostrum de rebus Ecclesiæ non alienandis, ac quibusuis aliis Apostolicis cōditionibus & ordinationibus, nec non dictæ Cmeræ etiam iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus priuilegiis quoq; indultis & literis Apostolicis quibusuis personis per quoscunq; Romañ. Pontifices prædecessores nostros, ac nos & Sedem eandem, etiam per viam generalis legis & statuti perpetui, ac Motu proprio & ex certa sci entia, & simili potestatis plenitudine, etiā consistorialiter, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus ap probatis & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita for ma seruanda sit, & in eis caueatur expresse, q illis nullatenus derogari possit illorum omnium, necnon quorūcunq; instrumentorum, contractuum, & scripturarum, occasione præmissorum quomodolibet confectorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, necnon modos & formas ad hoc seruandos pro indiuiduo seruatis habentes, illis alias in suo robore permansuris harum serie specialiter & expresse, hac vice dūtaxat derogamus, & sufficienter derogatum esse decernimus, cæterisq; cōtrariis quibuscunq;. Volumus autem & eadem Apostolica auctoritate decernimus, q transumptis præsentium literarum manu alicuius notarii publici subscriptis, & sigillo Collegii montis Alumeriarum huiusmodi seu alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si exhi

berentur aut ostenderentur. Quodq́ loca & portiones huiusmodi cum primum per obitum, aut alias quouis modo, præterq̃ per resignationem vacauerint per nos aut Romañ. Pontificem pro tẽpore existentẽ aliis concedi, aut in alios transferri non possint, sed eo ipso extinguantur & expirent, nec quoad sic extincta summa sexdecim milliũ scutorum huiusmodi vlterius persoluatur aut exigatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, venditionis, traditionis, assignationis, applicationis, appropriationis, positionis, substitionis, obligationis, hypothecationis, statutorum, ordinationum, mandati, concessionum, indulti, surrogationum, derogationis, voluntatum & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Quingentesimo septimo, Pridie noñ. Octobris. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

✠ Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Epus. ss.



✠ Ego Io. Bellayus Epus Ostieñ.
✠ Ego R. Card. de Carpo Eps Portueñ.
Ego F. Card. Pisanus Eps Tusculañ.
✠ Ego Fed. Card. Cesius Eps Prenest.
✠ Ego P. Cardinalis Albaneñ.
✠

✠
✠ Io. Ang. Card. de Medicis.
✠ Ego Fuluius Card. Perusinus.
✠ Ego Io. Mich. Card. Saracenus.
✠ Ego Io. Card. s. Vitalis.
✠ Ego Ia. Card. Puteus.
✠ Ego P. Card. Faneñ.
✠ Ego Hier. Card. Imolen.
✠ Ego Bernard. Card. Tranen.
✠ Ego Diomedes Card. Arianeñ.
✠ Ego Scipio Card. Pisarum.
✠ Io Card. Reumanus.
✠ Io. Ant. Card. Capozuccus.
✠ Tha. Card. Gaddus.
✠
✠ Virg. Card. de Spoleto.
✠ M. Card. Alexandrin.
✠ Clemens Card. Aræ cœli.
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠

✠ Eogo G. Asc. Diac. Card. Came.
✠ Ego N. Card. de Sermoneta.
✠ Ego Ia. Card. Sabellus.
✠ Ego. Inno. Card. de Monte.
✠ Ego Aloy. Card. Cornelius.
✠
✠ Ego Rob. Nobilis Card.
✠
✠ Ego Alfonsus Card. Neapolitan.
✠
✠ Ego. Io. Bapt. Card. Consiliarius.
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠

Io. Barengus.

Regestrata apud Ioannem Secretarium.
Regestrata in Camera apost. Hie. de Tarano.




13